Quelle: https://manuscripta.at/?ID=388
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Videntur autem sibi purgationis esse religionis quod dicunt nec simulachrum
nec demonum colo. Si effigies corporales et rei signum intuetur quam colere debe-
rant; interpretantur simulacra ut alii dicunt significari tota unum templum solent ap-
pellare telluris. alii mare sive simulachrum neptuni. alii aere sive uenuris.
alii igne sive uulcani. alii luciferum sive ueris. alii solem. alii lunam. Quor
simulacris eadem nomina sive telluris imponunt. alii illud. alii illud sidus. ut
illam aut illam creaturam. Neque enim cuncta enumerare sufficimus. Denique rur-
sum cum exagitari cepit quod corpora colant. maxime quoque terram et mare et ae-
rem et ignem quorum nobis usus impertitur. nam de celestibus; quae nos ea corpore con-
trectare atque contingere non oculorum radius non valemus non ita erubescunt audent
respondere non se ipsa corpora colere. Et quid illis regendis president numina.
Itaque apostolica una sententia. pena istorum damnationem quae restat. Quia trans-
mutauerunt inmutabile dei in mendacium. et coluerunt et seruierunt creature po-
tius quam creatori. qui est benedictus in secula. Nam porro parte huius sententiae si-
mulachra damnauit. posteriore autem interpretationes simulachrorum. Et fi-
gures enim a fabro factas appellando nominibus; earum rerum quas fabricauit dis.
transmutant ueritatem dei in mendacium. res autem ipsas pro dis habendo et uene-
rando seruiunt creature potius quam creatori. qui est benedictus in secula. Quis autem
adorat aut orat uiuens simulachrum quod non sic afficitur ut ab eo se exaudi-
ri putet. ab eo se postulari quod desiderat speret. Itaque homines talibus; superstitio-
nibus; obligant. plerique; ad ipsum solem dorsum ponentes. pedes funduntur statue
quam solem uocant. Et cum sonitu martis a tergo ferunt. neptuni statuam quae
per ipsum mare colunt qui sementem gentibus; ferunt. Hoc enim facit et quoda-
modo extorquere illa figura membrorum. ut animum uiuens in sensibus; corporis magis
arbitretur sentire corporis quod suo corpori similimum uidet. quam rotundum so-
lem undasque diffusas. et quemquam non eisdem similitudinis formatum respicit quibus
illa formata sed quae uiuentia uidere consueuerunt. Cum huic affectum quo humana
et carnalis infirmitas facile capi potest. cantat septuaginta dei res ualde
notissimas. quibus; commemoret et tanquam excutiat mentes hominum in con-
fusionem corporum dormientes. Simulachra gentium argentum et au-
rum. Si dis fecit argentum et aurum. Opera manuum hominum. Hoc e-
nim uenerantur. quod ipsi ex auro argentoque fecerunt. Secundum et nos plerique in-
strumenta et uasa ex huiusmodi materia uel metallo habemus in usum cele
brandorum sacramentorum quae in ipso ministerio consecrata sacra dicuntur. in eius
honore cui per salutem mea inde seruitur. et sunt profecto et ista instrumenta
uel uasa. quod aliud quam opera manuum hominum. Verumtamen nunquid os hmt.